

# PROLOGUS

35


Justitia suo judicio læso Honori Regio medetur.

Justitia, Honor Regius, Asia, Africa, America, Europa, Comites Justitiae  
Quatuor partium, Honoris Regii, Reliquus Comitatus.

**C**om. 1. *Just.* Socii! cur hodie adeo magnificentum exornare jubemur solium?  
**Com. 2.** Non dubito, Justitia causarum Domina, in corona novorum hospitum extollest lælum honorem Regium. **Com. 3.** Cito cito absolvite negotium, jam audio adventantium strepitum! **Com. 1.** Absolvimus, obviam procedimus -- *Just.* Dilecta capitâ succedite, & hic, quid sentiam, percipite! vos mei novis Hospitibus, junctis acclamate vocibus!

## CHORUS.

Rursus tubæ resonate  
Vi conjuncta plausus date!  
Novis in hospitibus,  
Quatuor ex partibus  
Totum orbem honoramus,  
Honori autem Regio,  
Insolito præ gaudio  
Fronum caput incurvamus.



*Eur.* Hæc tua in nos studia levant non nihil pectora mœrore anxia. *Just.* Mœrorem ponite, cuncta cedent prospere. *Aja.* Querelam proponimus justissimam, te ergo judicem & vindice imploramus Justitiam. *Just.* Legilibellum supplicem, Regii contemptus indicem. *Eur.* Eo jam crevit populorum audacia, ut in Regum irruant tentoria. *Hon. R.* Ubique impetor, & exulare jubeor! vos testes agite, *Amer.* Agimus, si licet, o Domina, tuo numine.

I.

QUADRO.

2.

<i>Europa</i>	Ut erat olim maxima Et Regum dos primaria,	<i>Africa</i>	Illi quos ore sereno Reges dignantur,
<i>Omn.</i>	Timeti & amari.	<i>Intus</i>	scatentes veneno
<i>Aja</i>	Sic modo jam est ultima, Et hujus loco unica,	<i>Omn.</i>	Abominantur.
<i>Omn.</i>	Contemni, blasphemari.	<i>America</i>	Questus & invidia
<i>Europa</i>	Emortua oracula Jam Regum sunt imperia	<i>Europa</i>	Honor & perfidia
		<i>Omn.</i>	Nunc passi n rotant animos Et subditos & exteratos.
<i>Omn.</i>	Est rarum obediri!	<i>Europa</i>	Per regia cadavera
<i>America</i>	Dum rebelles subditi Regum tam incurii		Attentant le levare,
<i>Omn.</i>	Non horrent contraire.	<i>America</i>	Et dexteram pro gratia
<i>Hon. R.</i>	Vivis adumbrastis coloribus, Hæc iam mei, o Domina, per Regna prope omnia est imperii conditio.	<i>Just.</i>	Non pudet obarmare.
			Quæ fata impendeant Regum capitibus.

vero tanti contemptus origo, quæ ratio? *H. R.* Acerrimus animorum aculeus est superbia nimbus, *Eur.* Et bene aliis placendi studium, locum non tenet ultimum, si non primarium. *H. R.* Tam amare me posso tædet regnare.

1.

Quam pastor felicius gregem  
Agit per nemora,  
Per juga horrida,  
Quam populum ego exlegem,  
Rego in debita  
Subditis orbita!  
Pastor dum clamat: ad me!  
Bona ovicula, capit imperia,  
Currit & erigit se.  
Ego dum peto, quod exigit Lex,  
Ridet & clamat mox perfidus grex:  
Est dura, non obligat me.

*H. R.* Indulge querenti veniam, loquitur animus mœrore saucius. *Just.* Non miror doloris vehementiam, sed nimiam non approbo clementiam.

1.

Cur miseri olim Gigantes  
Se montibus totis armantes  
Sunt cito præcipites dati,  
Et per ruentia  
De cælo fulmina  
A propria mole quassati?  
Nisi quod arma in Jovem movere,  
Nimis incurii non timuere.

ARIA.

2.

Sunt Reges velut Numina,  
A quorum providentia,  
Dependet tota Res,  
Et omnis rerum spes.  
Dum Regnis volunt prospere,  
Periclitentur capite?  
Quæ hæc temeritas!  
Cum minimum hos lædere,  
Jam sit pupillam tangere,  
Quod vetat dignitas!

*H. R.* Passim omnia reorum scelera nituntur hoc principio: Est Regum parcere. *Just.* Est procul dubio, sed simul est Regum plectere, nam male reo parcitur, si parcendo pejor redditur. *Eur.* Testis est Experientia, testis Regna & Imperia, Heu quot Regum cruentata sanguine, & non nisi suorum scelere. *Om. 4. part.* O magna Domina, remedium suppedita. *Just.* Querelæ, quas audio, sunt justissimæ, audiunt jam, omnes Insulæ, portus & oræ maritimæ, audiunt Regiones & provinciæ decretoriam Judicantis Justitiae sententiam.

1.

Personas non accipio,  
Ut æquum est, sic judico,  
Et humili & nobili  
Est idem locus græsis,  
Est idem & justitiæ,

ARIA.

2.

Hinc ferrum hoc in capita,  
In Regum caput perfida,  
Vim exerat & demetat,  
An servus sit, an Dominus,  
Non est in jure titulus,

*Si puniendus punio,  
Si absolvendus, libero.*

*Qui crimine præponderat,  
Sub ferro primus corruat.*

*Just. Audistis Judicium, jam vos honorem vindicate Regium, vindicate, & adhuc  
hodie exemplum date! Hæc arma, si non sufficient, restant alia, que tenueris reo  
excipient. Dabo tonitrua, mittam fulmina. Eja evola aquila, Justitiae armigera! -  
Hæc meam exeret potentiam, & intonabit vindicantem Justitiam. Sulphureis hinc eja-  
culis adversas rupes divido, superbas cedros decoquo. -- Vos jam pergit, & hunc  
gladium super rebellia in Reges capita suspendite. Tu vero Honor Regie accipe co-  
ronam novæ gloriae. *H. R.* Mereris tu potius nunquam marcidam coronam Justitiae.  
*Eur.* O diem inexpectata lætitia! *Just.* Quin scande jam, scande solium Honori tanto  
debitum, flore diu per Regna & imperia in regali tua curia. Vos vero devotissimum  
præstate Homagium. *Om. 4. part.* Exequimur Judicium, sequimur imperium.*

I.

CHORUS.

*Eur. Aſ.* Omnes ergo regium  
Honorem adoramus.

*Am. Afr.* Et nos & nostrum animum  
Ex aſſe consecramus,

*Eur. Aſ.* Pro tuo semper capite,  
Vel fuso venis sanguine  
immoti stabimus,

*Eur.* Et gladio hoc vindice  
Ab omni procul turbine  
Te vindicabimus.

*H. R.* Tu vero Magna Domina  
Et æquitatis arbitra

Per quam jura, stant secura,  
Porro tuo Numine

Regum thronos protege,  
In servandis Legibus

Et colendis Regibus  
Prima sis & ultima

Semper nobis regula,  
Justitia!

*Chorus semper repetit.*

CHORUS I.

David accepto nuntio Saulem a suis in acie cæsum fuisse, exhibet se  
magnum Majestatis Regiae estimatorem.

*David Rex* *Annon, Alionias Principes. Joas Abisai, Eleazar, Banaias Duces. Sadoc  
Sacerdos. Ephebi & Comites Regis & Principum. Israelite & Milites.*

*Ban.* O Rex serena frontem, pelle nubila, ad tam læta, quæ tuli, nuntia! non sit  
mortali ſpatium, dum viætrix gloria circumdat folium. Repeto: tua, tua est Victoria,  
remurment aplauſu classica! *Adon.* O genitor! quam tibi gratulor triumphum  
nobilem, quam gaudeo invicti Martis te patre me esse lobolem! *Ama.* Quam glorio-  
ſum est hostem vincere, ferro capita demetere! prurit jam animus initare hostibus.  
*Dav.* Dilecta pignora! placet grandis in vobis anima! est equidem glorioſum vincere,  
ſed ſiz ul dolororum eleam gentem perdere. *Abis.* Quod Deus voluit, præſtare oportuit,  
nec meliora hostis meruit. *Dav.* Banaia enarrat ulterius, quis ergo bellii exitus? *Ban.*

I.

ARIA.

*Levantibus contra te arma,  
Nec ensis jam restat nec parma,*

2.

*A plenis horrore  
In primo fervore*

**Non** venit præda similis  
In gestis a te prælii.  
**A** summo nunquam vertice  
Per amplos passus Gelboe  
Prostrata sunt tot arbores,  
Quot cecidere milites.

**Ban.** Hæc demum meta gloriæ, hæc partæ series victoriæ. **Eleaz.** Quæ tanto est gloriösior, quo militum numero eras Rex Saule inferior. **Dav.** Si deest virium potentia, compensat hanc Justitia, si sit pedissequa.

*ARIA TERZETTA.*

*Amn.* **G** Adon,

**Felicit**  
Jam genitor  
Quam tuta Regia  
Quam firmum stat nunc solium  
Prostratis hostibus!

**Adon.** Ne porro hostis irruat  
Vel mille vitas dabo!

**Uterq.** Continuo Victor ut sis!  
En tanta amoris est Vis!

**Ban.** O Rex jubila sub tantis filiis, & jam exulta præ gaudiis, lauro tam divite inducta a Superis! **Dav.** Accipio, quod misit manus Domini, fuso tamen indeo sanguini. **Joas.** Eja dolorem Regis animo excutimus, junctis vocibus una & coribus nostro Victori, & invicto Domitori plausum accinimus.

*CHORUS.*

**O** alta juga Libani  
Date ligna cedrina,  
Ut Regi stet & Numini  
Immortalis gloria!  
**Flora** flores, Daphnis lauros  
Triumphanti necrite  
Deo, cives, pingues tauros  
Adjuvanti sternite!

*Amn.* En o genitor! tuorum pectora, en prona omnium in te studia! **Dav.** O mei! in vestra Rex vivam & regnabo commoda! quæ precor, sint perpetua. Nolite tamen gloriari nimium, ne Deus tradat nos in manus novorum hostium, totum enim hoc opus gloriæ, opus est Excelsi dexteræ! **Dav.**

**Non** amplius Duces audiri  
Tumultus ubique oriri  
& mox turbato ordine  
Confusa passim acie  
Pars punctim & cæsim secari,  
Pars altera procul fugari,  
Saul ipse subducere se,  
Frustratus & suis, & spe!  
**Ban.** Hæc demum meta gloriæ, hæc partæ series victoriæ. **Eleaz.** Quæ tanto est gloriösior, quo militum numero eras Rex Saule inferior. **Dav.** Si deest virium potentia, compensat hanc Justitia, si sit pedissequa.

*David.* Ni altior,

Potentior  
Sustentet dextera,  
Quot semper erit pervium  
Hoc Regnum casibus!

*Amn.* Ne Patri malum ingruat,  
Vel natum me maestabo.

*David.* O suavis & rara amantium Lis,

Vicit David, vicit Lex,  
Saul est enervis Rex,  
Triumphet plaudat Israel,  
Et inter umbras Samuel,  
Qui Pastorem dedit Regem,  
Quem curvo genu adoramus,  
Et electum Dei gregem  
Rex ut pascat, obsecramus.  
Vivat viator David Rex  
Regnet Pastor, plaudat Grex.

## ARIA.

I.  
Adoro Rex divinæ  
Arcana Providentiae,  
At fuso simul sanguini,  
Et boni olim populi  
Illacrymor ruinæ  
Et Saulis pertinaciæ.  
Si Rex vicisset ipsum se,  
Quam multo major esset me!

*Eleaz.* Hæc dicta coronas duplicant. *Dav.* Sic loqui convenit, nam Deus est, per quem Reges imperant. Vocate jam Sacerdotem maximum, ut Exercitum Domini cum jugi mentis jubiilo adornet Laudis Sacrificium. Thure caleant altaria, dum adhuc sanguine cæforum fumant corpora. *Eph. I.* Nutus mei Domini, est mihi loco imperii. *Dav.* Ah modo nunc ad meliora Saul redeat, & non omnino infelix pereat! *Ban.* Viri! quid juvat celare ulterius, quod latere nequit diutius? *Dav.* Edifcere! quæ porro habes nuntia? *Ban.* Si jubes o Rex, pandam omnia! ut intelligas quam plena sit victoria. - Saul - Saul perit - Interiit coherito funere in montibus Gelboe, nam turbainsequentium fugienti elicit spiritum. Hæc fama jam omnia volat per compita! *Dav.* Heu me! heu me! quæ scelestæ manus ex meo milite se polluit hoc crimine? ut Regem sterneret, & unctum perderet!

## ARIA.

I.  
O Rem urentibus  
Defendam imbris,  
Quin date flumen oculi,  
Juvate flentem populi,  
Jacet grandis anima  
Luge Sion filia!  
Dum supere rest vel unica,  
Humoris falsi guttula.

*Joas.* Non est cur de eo sis sollicitus, quem projicit, a quo pridem recessit, Dominus. *Anu.* O genitor exhilara mentem! Saulem cogita hæc & plura merentem! *Dav.* Reges honorandi sunt, quia Reges sunt. Dilcedite, & me mihi, ut frena laxem dolori, relinque! *Ad.* En pater! huc Sacerdos, ut divino litet Sacrificio, accedit propere. *Abis.* Rex liste gressum, nequaquam lessum, sed plausum potius, meretur Saulis interitus! *Prodit Sacerd.* Tuas adoro plantas Rex invictissime! *Dav.* Veni Sacerdos maxime! *Sac.* Applaudit tecum hodie totus Israel, & inter lacros patrum cineres magnus Samuel! *Dav.* Tace victoriam, Saul Rex unctus periit meorum manibus, quid tristius? Hoc sufficit, ut dolore peream! *Anu.* Solare sacerdos Patrem pro viribus, nimis sollicitum pro suis hostibus. *Sacerd.*

## I.

Rex magne cælo auspice  
Et ipso Deo vindice,

## ARIA.

2.  
Non ambio victoriam  
Sed tuam Deus gloriam,  
Si tamen me'arma strinxisse,  
Et tibi rebelles vicisse,  
Vult tui jussum Numinis,  
Cruorem stat profundere  
Et vel amicum sternere,  
Ne restet gutta sanguinis.

2.  
O montes Gelboe  
Madentes sanguine,  
Super me ruite,  
Sauli me jungite,  
Vel sinite vobis irascar,  
Priusquam dolore depascar,  
Non porro, vos irriget cælicum ros,  
Quos inter o cubuit Principum flos.

ARIA.  
2.  
Nam vivæ si deficit fidei patma,  
Nil galeæ profundit, loricæ, nil arma,

Triumphasti,  
Nam bellasti,  
Magis armis spiritus,  
Quam tuorum viribus!  
Justa causa triumphavit,  
Inde laurus coronavit,  
Caput vere Regium  
Centum lauros meritum.

Sed si cum fide, ænea  
Spes caput armet gæta,  
Si Ducem agat amor Legis,  
Adversus hostes Regum Regis,  
Palmarum est plena,  
Ubi vis arena,  
Nec laurus est ambigua,  
Virtute belli arbitra.

Dav. Agnosco nimis prodiga, in me sidera, sed tamen modo Saul meus viveret!  
Hujus, hujus me miteret. Sac. Quid juvat suspirare, oportet Dei justitiam adorare,  
Dav. Adoro, sed simul fata Regis deploro. Ann. Vah Banaia! cur fatale attulisti  
nuntium? Ban. Ignosce Princeps Regie, hoc Belliducis est officium. Oportuit,  
Adon. In die gloriae non decuit. Joas & David.

### CHORUS.

Joas. Vicisti, Rex, parce dolori,  
Hostis est, qui periit,  
Non me uit,  
Ut dolas,  
Vel diligas,  
Sit latus animus.  
Rebelli in te homini  
Cur luctu Rex indulgeas?  
Abs fructu defleas?

David. Dolorem conjungo amoti  
Saul est Rex, qui occidit,  
Hoc sufficit,  
Ut doleam,  
Et diligam,  
Dum meat spiritus.  
Est Saul, est christus Domini,  
Hæc dignitas sanguineas  
Meretur lacrymas,

Dav. In ipsis quoque hostibus,

Eleaz Dolorem & ego fateor, si Saul fuisset melior, sed hujus in te protervia;  
non meretur tui a nantium Inspiria. omnes excepto Davide & Sacerd.

### ARIOSE.

Non meretur, sed tenetur bene iam in inferis, tantis pro opprobriis, quibus  
Regem obruit, duriora meruit.

Dav. Non meretur, est vocum satis, nam ignoratis, quod Regibus debetur. Jam  
me recipio, tu interim Sacrificium perage, in quo Saulis Manum non obliviscere, &  
denuo ad me revertere. Prodit Achimaus cubicularius. Rex magne homo peregrinus  
petit te alloqui, homo ni fallor erecti animi. Amalecitam te nominat, & grande fa-  
cinus generosis manibus patrasse se nuntiat. Ait: de facie nosse te Saulem perbene,  
Dav. Non vacat iam admittere, post horula spatiū voca ad alloquium.

### CHORUS II.

David ostendit se adversus Amalecitam vere Regium Majestatis Regiae  
vel in hoste etiam læsa vindicem.

Personis reliquis accedit Amalecita.

Sac. Peregi Sacrificium, ad tuum Rex imperium. Dav. Jam oportet aulam peplo,  
indui, & parentare luctuolo regis funeri. O tritis victoria! o acerba memoria!  
Iustus christus Dominus, innataj iam languini. Sac. Cessa, Rex cessa conqueri

vacuum esse oleo, nocere tamen populo, hoc commovet judicem, & ex patre  
facit vindicem.

### ARIETTA.

Sic placuit Deo,

Ne parceret reo.

Nimirum non patitur secum jocari,

Sed tamdiu amans exoptat amari,

Vel tandem loco gratiae,

Sentitur vis justitiae!

Dabatur Sauli optio,

Elegit ultimum,

Quam cæca hæc electio,

Dum fuit liberum.

O David in causa non es!

Solius hæc Dei est res!

*Dav.* Compono non nihil animum, sedatur tumultus in me fluctuum. Adoro  
DEI in Saulem justitiam, in me providentiam. Prodit Achimaus cum Amalecita. O  
Rex! hic coram habes hominem, qui tui nominis se jactat vindicem. *Dav.* Ama-  
lecita tu es? *Amal.* Sic est Monarcha potentissime, in supremo fortunæ apice stant  
Israelis res. Jacet, habet hostis impius, quod est commeritus.

### I.

Rex magne tua decora,  
Et parta hæc victoria

Extimulavit me,  
Ut forte mea grandius  
Tentare ausim facinus

Ut exaltarem te!  
Nam credidi si solium  
Staturum magis solidum,  
Narrantem percipe.

### Aria.

### 2.

Quam nescio  
Tam subito  
Conscitido montes Gelboe!

Dum video

Obstupoeo,

Fædatum nigro sanguine,  
Innixum Saulem lanceæ,

Conversus mox inclamat me,

Juvarem morientem se,  
Horrentem manus hostium,  
Et nascens hinc opprobrium,

Accedo propius,

Resistit animus,

### 3.

Excessit genis purpura,  
Jam mors in artus pallida

Insinuavit se,  
Contorquet se, immurmurat,  
Pavore pectus palpitat,

Rogare pergit me.

In Regis ergo intima,

Immergo ferum viscera,

Sic vindicem.

**En Diadema ! en Regii armillam brachii !** venio, ut in eam, jam a te Rege gratiam.  
Dum hostem perdidisti, iam solus gestas coronam imperii. **Dav.** Quid audio ? perfide, sce-  
leste, impie ! justus priori jam pugnat furor Dolori. **Amal.** O rex, sic credidi me tuo  
consulturum honori, vel quis non maximam, sublato hoste meretur gratiam ? **Dav.**  
Tune sitire Regum sanguinem, ut Regis gratiae te facias participem ?

*Aria.*

**I.**

Non ita figenitrix natum,  
Sibi primum in senio datum,  
Aut e sinu abripi,  
Aut florentem emori  
Afflcta videret,  
Non ita lugeret,  
Ut ego tristis doleo,  
Dum meum e vivis sublatum,  
Tam impia manu necatum,  
Saulem hostem audio !

**3.**

Si telo armatus me ipsum petisses  
Vel ipsas si manus rapaces,  
Harpiae in modum turaces,  
In Regiam gazam misisses,  
Aut flammarum impiam,  
In Regalem curiam  
Nec unquam offensus jecisses,  
Non ita cor meum lassisses,  
Ut me hoc tristi funere  
Violasti,  
Nec consanando vulnere  
Sauciasti,

**Dav.** Vel an fuit unquam per Regum cadavera, ad aulae favores semita ? quid faciat ? quid centes lacerdos optime ? **Sac.** Decerne Rex libere : & mortis & vitae Domine ! noli hic meam explorare sententiam, age secundum iustitiam. **Bau.** Si nostrorum hoc fecisset dextera, non peccasset in iura bellica, sed ex placendi studio, Regem tollere e medio, est nimium enorme vitium pro homine **Extero - Abis.**

*Arietta.*

Est scelus crudele, pudendum,  
Vel superis ipsis horrendum,  
Nam quæstus amore  
In furore,  
In Reges armari,  
In Deos graffari,  
Est eadem res.  
Est Regibus enim Divina Majestas,  
Et æmula ipsis vel Diis potestas,  
Nulla tam impio  
Regum tam prodigo,  
Sit veniam spes.

**Dav.** Vindicabo jam sanguinem Regium, & in christo suo Exercituum Dominum. Ocyus celestum abripi, neci tradite. **Am.** Heu quam tristis scena ! **Elez.** Tam insperata male speranti convenit pena. **Ann.** Dilecte frater clama tecum, inclama O Pater ! Uterq. O Pater est innocens haec anima, dum hostis tuus cecidit justi furoris victima ! **Dav.** magna iunctuæ vocum pondera, Icio sum vester genitor, dilecta pignora, sed nullus judex. **Dei causam tueor, Repeto, abripi, occidite.**

Duetto.

Am.

I.

O Rex ah clemens audi !  
Tenello parce sanguini !  
Si licet supplicare !  
Ah fletere clementia ,  
Nam parcere est Regum !  
Agnosco culpam , fateor ,  
Et hanc de genu deprecor !  
Ah pænitet !

2.

Davi.


Vel oculus abhorret te ,  
In Regem christum Domini  
Dum audes involare .  
Sed fiat ut justitia  
Hæc prima lex est Legum .  
Abripite non audio ;  
Nam urgeor a Domino ,  
Non miseret .

Dav. Miles irrrue , interfice . Am. ignovisses , ut dixeras , si in te manus armassissem  
nunquid æque in Regem involassem ? Dav. Regum est vindicare honorem proximam  
vindictam mei relinquem arbitrio Domini . Nam ipse est , qui judicat , & judicatur  
do vindicat . subtrahite . Am. Rex clementissime ! Dav. Frustra es ! Am. Heu va  
na spes . Dav. Vos vero discite honorare Reges , secundum leges , estimare &  
diligere , nec unquam Regum injuriis favores quærere .

Chorus.

Eta Plausus demus !  
Coronam trinam hodie  
In Regis nostri vertice  
Læti collocemus !  
Prima sit Potentia ,  
Nam hostem victor debellavit ,  
Sit altera iustitia ,  
Qua Regum nomen vindicavit ,  
Suprema sit Victoria ,  
Quam a seipso reportavit ,  
David toto major se ,  
Quanta Regnum beat spe !

O. A. M. D. R. R. G.



O.A.M.D.R.B.G